





Fri. 62. ma. 40.

1776, 46

14

VBI
DE HEREDITATE AGATVR
DISQVISITIO

QVAM
IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

PRAESIDE

VIRO MAGNIFICO ET ILLVSTRI
CHRISTIANO FRIEDER. GEORGIO
MEISTERO

AVLAE REGIAE CONSILIARIO ET IVRIS ANTECESSORE

NVNC

ACADEMIAE PRORECTORE

PVBlice DEFENDET

AVCTOR

PETRVS CHRISTIANVS DODT

STADA - BREMENSIS.

D. XXI. SEPTEMBRIS MDCCLXXVI.

GOETTINGAE

LITTERIS FRIDERICI ANDREAE ROSENVSCH.



Am 15. Jun. 1805

DE HEREDITATE AGATYR

DISQUISITIO

AVGUSTO IOS. VIT. B. DE BAYON
IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

PRÆSIDE

CHRISTIANO FRIDER. GEORGIO

MEISTERO

AVG. REGIAE CONSILII ET IVRIS ADVOCATOR

ACADEMIAE PRAELECTORE

AVG. REGIAE ACADEMIAE VENERABILIS

AVCTOR

PETRY CHRISTIANVS DOTT

IOANNI PRAELECTORE

AVGUSTO B. XXI. SEPTEMBERIS MDCCCLXXV

AVGUSTO GOETTINGAE AVGVSTAE
PRAELECTORUM ACADEMIAE

IOHANNES



PERILLVSTRI ET GENEROSISSIMO

DOMINO

DOMINO

ERNESTO IOSVAE L. B. DE BÜLOW

DYNASTAE IN MARSCHACHT, ABBENSEN

ET RELIQUA

AVGVSTISSIMO MAGNAE BRITANNIAE REGI

A CONSILIIIS REGENDORVM DVCATVVM

BREMENSIS ET VERDENSIS

NEC NON

VIRO MAGNIFICO ET SVMME VENERABILI

DOMINO

IOANNI HENRICO PRATIE

AVGVSTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS

SUPERINTENDENTI GENERALI

ECCLESIA RV M ET SCHOLARVM

PER DVCATVM BREMENSEM ET VERDENSEM



DOMINIS ATQVE PATRONIS SVIS
INDVLGENTISSIMIS

HOC

QVALECVNQVE DILIGENTIAE SPECIMEN

DEVOTISSIMO ANIMO

D. D. D.

TANTORVM NOMINVM

VIRO MAGNIFICO ET SVMMO VENERABILI

DOMINO

IOANNI HENRICO PRATIE

AVGVSTISSIMO MAGNALI BRITANNIAE REGIS

SAKRIKINDEMENTI GENERALI

DOCTISSIMO ET SCHOLARVM

Cultor obsequiosissimus
PETRVS CHRISTIANVS DODT.

PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE

D O D T I O

AMICO AESTVMATISSIMO

S. P. D.

P R A E S E S.

Reddo TIBI, quam animadversioni meae exposuisti dissertationem, non mutatam, nec interpolatam: nisi quod unam alteramue inserui adnotatiunculam, quo tua magis fulciantur. Feci hoc, non quasi adspulator tuus: neque enim, fateor, in omnibus me habes consentientem: sed, quoniam mihi duco religioni, per qualemcunque immutationem quicquam detrudere laudi, quam egregium, quod exhibes, legitimae scientiae specimen TIBI apud aequos rerum aestimatores conciliaturum esse prouideo. Quod quidem TIBI ex animo gratulor, atque ut virtutis TVAE, et laborum praemia fructusque feras largissimos, ardentissimis votis contendo. Vale amice exoptatissime, neque amare perge. Scr. d. 6. Sept. 1776.



§. I.

Fori definitio et diuisio in commune et priuilegiatum.

Ad quamcunque actionem rite instituendam non minimum requisitum sine dubio est, competentia fori, in quo agitur. Quo quidem ipso fori termino Iurisconsulti locum indicare solent, in quo iurisdictio exercetur *a)*. Quodsi igitur quis in eo iudicio conuenitur, cuius iurisdictioni subest, et cui hanc in eum exercere licet, hic locus vocatur forum competens *b)*. Fieri autem saepe potest, vt vnus idemque plurium iudiciorum iurisdictio- ni, cuique ex singulari ratione, subiectus sit. Inde appa- ret, plura dari fori genera pro diuersitate scilicet ratio- num,

a) ISIDORVS *origin.* Lib. XVIII. C. 15. FESTVS, voce *Forum.*

b) GER. NOODT *in Comment. in Digest.* Lib. V. tit. 1.

A

num, per quas fundantur. Cum itaque nemo alicui iudicio subiectus esse possit, nisi per legum dispositionem, eiusmodi vero leges vel generales esse possint siue communes, vel singulares siue priuilegia; prima fori distinctio inde patet, in forum commune, siue quod cuique subdito alienius principis competit, et priuilegiarum, quod non nisi singulus aliquis, vel certus personarum ordo per modum exceptionis a regula consecutus est.

§. II.

Fori communis distinctio in generale et speciale.

Praetermissis, quae vocant priuilegiata, foris, videamus, quae sint, quae per ius commune determinata sunt. Adfunt scilicet loca, per ius commune determinata, vbi quis omni, quodcunque sit, actionum genere conueniri poterit, quae merito fora generalia appellant, quo pertinent forum originis, siue is locus, vbi quis originem traxit, et forum domicilii, siue is, vbi quis eo est animo, vt perpetuo ibi sit, nec inde discedat rursus, nisi quid auocet c). Praeter haec fora generalia vero idem ius commune, alia exhibet iudicia, coram quibus aliquis certis tantum actionum speciebus conueniri possit, quae ideo, fora specialia nuncupantur, inter quae praecipue fora contractus, rei sitae, et delicti eminent.

§. III.

c) IDEM, l. c.

§. III.

Forum rei sitae quid, et ad quas pertineat actiones.

Forum rei sitae, quod in scriptione nostra praecipue memorandum venit, id iudicium esse videtur, in cuius districtu res ipsa de qua lis est, et quam persequimur, sita est. Cui datur tantummodo locus in iis actionum generibus, quibus quis tamquam possessor rei convenitur *d)*, licet possessor in loco domicilii quam illic conueniri malit. Cum igitur is, qui tamquam possessor rei alicuius conuenitur, forum quoque generale habeat, quod omnia remedia admittit, tam personalia, quam quae aduersus possessorem tendunt; exinde fit, vt, si quis tali actione conueniendus est, plura fora, domicilii scilicet et rei sitae concurrant. Et cum hereditatis petitio eiusmodi actio realis sit, primo intuitu merito quis credere posset, etiam in hac actione vtrumque forum concurrere. Nihilominus, hac de re inter summos Iurisconsultos disceptatum est, et multum inter eos disputatum esse constat, vtrum hereditatis petitio et extra forum

d) Cuius rei ratio, vt No. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

datur aduersus possessorem, non contemplatione eius, sed rei ab eo possessae, et per actorem petita eo loci, in quo potest restitui et recipi.

rum domicilii, puta in foro rei sitae institui possit, an solum domicilii forum hic locem sibi vindicet.

§. IV.

An etiam ad hereditatis petitionem, inter Idios non satis constat.

Statuunt nempe alii, hanc quam nominauimus, actionem, non nisi in foro domicilii proponi iure proprio posse, aliis vero, electionem hic actori de iure denegari minime posse, vtrum hac actione in foro rei sitae an in loco domicilii agere velit, putantibus. Priorem sententiam inter ceteros defendit *de COCCHEI e)*. Posterioris vero sententiae fautorem inter multos alios sese professus est *BERGERVS f)*.

§. V.

Acceditur negatiuae sententiae.

Mihi quidem, vt initio statim, quae de ea re sententiam, constet, ea opinio verior videtur, qua in ea de qua loquimur actione, aliud forum, quam domicilii, locum habere negatur. Quam nostram sententiam tum naturae rei, et ipsi iuris analogiae conuenire, tum etiam expressis legum verbis stabilitam esse et munitam, ostendemus.

§. VI.

e) in *Iure controu. L. V. tit. i.*
qu. 21.

f) in *Oeconomia Iuris. Lib. II.*
T. IV. pag. 508.

§. VI.

Descriptio hereditatis petitionis.

Vt vero, quid hac de re potius statuendum sit, eo facilius iudicari possit, non parum facere credo, si prius in mentem reuocemus, quid sit ipsa, de qua nobis sermo est, hereditatis petitio. Est vero ea actio realis, vel potius mixta g), ab herede virtute iuris hereditarii instituenda aduersus eum, qui hereditatem pro herede vel pro possessore possidet, ad id tendens, vt actor declaratur heres, et possessor condemnetur ad id, quod ex ea apud se est, cum omni causa restituendum. Exinde perspicue apparet, principale huius actionis obiectum non esse certam aliquam rem singularem, sed id, vt decidatur, cui competat ius hereditarium. Quo demum iure hereditario deciso reus teneatur restituere hereditatem, h. e. vniuersitatem iurium, rerum et obligationum. h).

§. VII.

Competentia fori rei sitae non requirit, vt reus ibidem degat.

Quod ad forum rei sitae attinet, satis erit, illud tantum monere, quod, si regulam spectaueris, hoc forum

actio-

g) Quam indolem, credo, actionibus principum agnitam, L. 7. cepit ex fori disputatione L. 29. §. Cod. de Petit. hered.

6. D. de Hered. Petit., constit. h) GERARD NOODT, c.

actiones reales, mixtas, in rem scriptas, et remedia possessoria admittere, ea quidem ratione, ut perinde sit, utrum is, qui conuenitur, in hoc loco rei sitae praesens sit nec ne *i*). Nam quod hac de re C. IACIVS ad *Leg. unie. Cod. ubi de hereditat. agitur*, et cum eo MORNACIVS ad *Codicem, eodem loco*, tractavit, actione reali neminem in foro rei sitae conueniri posse ob rationes ab incommodis ductas, nisi sit reus in loco rei sitae praesens, omni iuris intentione destitutum videtur. Cum enim generaliter atque sine limitatione lege praescriptum sit, ut actio realis in foro rei sitae recte instituat *k*), nec nos, omni legis dispositione destitutos, adicere istam limitationem decet. Quae omnia cum ab HVBERO in *Praelectionibus ad Digesta, Tit. de Iudiciis, §. 50.* a VVLTEIO ad *Leg. unie. Cod. ubi de hereditate agitur*, et quoad praxin a ZOESIO in *Commentario ad Digesta, Tit. de Iudiciis, n. 78.* satis probata sint, pluribus hic repetere a scopo alienum videtur.

§. VIII.

Impugnatio sententiae affirmantium analogiae iuris inhaerentium.

Hisce praestructis, antequam ad ipsam eorum, quae pro nostra stant sententia, argumentorum tractationem

trans-

i) vid. MERVVS. P. VI. dec. 340. *k*) L. 3. Cod. Ubi in rem actio exerceri debeat.

transeam, liceat mihi adhuc, paucissimis meminisse eorum, quae ab aduersariis pro stabilienda ipsorum opinione solent proferri, ut si quae sint, quae nobis inde opponenda videantur, in antecessum remota sint. Primo loco in eo se fundant, quod adsint clarissimae leges 1), quae actiones reales in foro rei sitae admittendas praescribunt. Quam quidem thesin in iure satis fundatam nemo negare audeat. Nunc vero de hereditatis petitione subsumunt, atque ita, quod in genere de actione reali nemo in dubium vocat, etiam de specie actionum realium, qualis est hereditatis petitio m), valere volunt, cum leges non distinguant, inter actionem realem vniuersalem et particularem. Verum enimvero, quemadmodum argumentis generalibus contenti esse debemus, quamdiu leges de particularibus tacent, ita certe, si adest lex, quae quod altera generaliter affirmat, in certo casu restringit, limitat vel negat, eam a generali regula exceptionem statuere dicendum erit. Talem vero exceptionem in hereditatis petitione stabiliendam esse, expressa nos lex in sequentibus docebit. Qua in re tacere possumus, quae a DONELLO n) contra illud aduersariorum argumentum, sermonem scilicet in

L. 3.

1) inprimis L. 3. C. modo citata.

n) in *Comment. iur. ciuil.* L. XVII. c. XVII.

m) L. 27. §. 3. D. de R. V.

L. 3. Cod. ubi in rem actio exerceri debeat, esse de speciali in rem actione, seu, quae sensu speciali a legibus actio realis vocari soleat, rei scilicet vindicatione, disputata sunt.

§. IX.

Continuatio huius materiae.

Quando autem aduersariorum maxima pars in eo sententiae suae fundamentum et robur situm esse contendit o), quod hereditatis petitio sit actio mixta; hoc ipso argumento sententiam nostram eo minus infirmari censeo, cum pondus eiusdem argumenti in eo positum videatur, quod sit actio ex parte realis, ideoque hanc ipsam argumentationem cum praecedente conuenire, et eo ipso iam per monita in praecedente paragrapho satis repulsam esse puto.

§. X.

Memoratur argumentum aientium, ab expressa legis dispositione desumptum.

Praeter hanc iuris analogiam, quam sibi adiumento esse falso sperant, expressa legum dispositione destituti recurrunt ad varias legum quarumdam interpretationes, quibus eas leges ad suum commodum transferre student.

o) vSTRVVIVS in *Syntagm. iur. ciuil. tit. de Iudiciis §. 51. et*

auclor Collegii iur. Argent. L. V. tit. 2. n. 239. aliique,

dent. Atque hic praecipue confugiunt ad *legem unicanam Codicis, ubi de hereditate agitur*: quam, ut infra probare argumentis studebo, perperam explicatam, in suam valere partem sibi persuadent.

§. XI.

Et laudatio ipsius obseruantiae forensis.

Vltimum aduersariorum argumentum ex ipsa fori obseruantia desumptum est, quippe qua suae sententiae subueniri contendunt: de qua praxi quae monenda videantur, suo loco proferentur. Sed propius nunc accedamus ad rem, atque ea, quae nobis fauent argumenta, tam ex natura rei et iuris analogia, quam ex ipsis legum verbis deprompta exponamus.

§. XII.

Notio fori rei sitae in hereditatis petitionem plane non conuenit.

Non minima est suspicio, quae eo ipso aduersam premit sententiam, quod nulla pro ea laudari potest apta legis dispositio; ideoque cum nullus adhuc textus nobis oblatum sit, eam sententiam stabiliens, non temere sine lege est affirmandum, quod nec ratione necessaria obtineri potest p). Et ita quidem sentiendum no-

p) HUBER in *Prælection. ad Digest. L. V. tit. I. §. 49.*

bis foret, etiam si aliis argumentis effemus destituti. Qua vero egestate ut appareat, nos minime laborare, prouocare primo liceat ad ipsam hereditatis petitionis naturam et eius ad requisita fori rei sitae habitum. Certum enim esse, nemo negat, ad fundandum rei sitae forum requiri, ut id, quod per actionem in eo foro institutam petitur, in ipso hoc loco, quo agitur, seu sub ea iurisdictione situm atque constitutum sit: qua de re tam manifesta pudendum foret, si prolixè agerem. Quae cum ita sint, equidem non video, ubi loci forum rei sitae in nostra actione fundatum esse possit. Quid enim est, quod in hereditatis petitione petitur? Id, ut actor declaretur heres, seu ut ipsa iudicis sententia decidatur, actori competere ius hereditarium. Petitur ergo ius. Quis vero cogitare sibi poterit locum, ubi ius, ens, quod non nisi in intellectu existit, constitutum atque situm esse possit. Cum igitur nuspiam dari possit locus, ubi obiectum actionis nostrae situm sit, facile apparet, non esse hic locum rei sitae, ideoque tale forum in hac actione omni fundamento destitutum esse. Actioni vero in foro non recte fundato institutae, exceptio fori incompetentis tutissime opponitur. Ast vero, etiam hoc in hereditatis actionem venit, ut ipsa hereditas actori restitatur; hinc forsitan haec ipsa hereditas vel ideo forum fundat, quod res hereditarias in certo loco sitas esse oporteat. Sed quae

quaeso, dum restitutionem hereditatis postulamus, minime petimus, ut nobis singulae res, sed ut ipsa hereditas restituatur, seu potius, ut possessionem iuris hereditarii per sententiam iudicis nobis adiudicandi consequamur *q*). Reuocemus modo nobis in mentem, hereditatem, quae petitur, esse iuris vniuersitatem, ideoque rem incorporalem, iuris tantum intellectu subsistentem, ergo naturali ratione nusquam sitam. Quare rectissime etiam illud exploratum est, frustra hic generatim quaeri forum rei sitae, frustra que ibi cogitari, ubi res hereditariae deprehenduntur.

§. XIII.

Notatur Hermanni Vultei contraria opinio.

HERMANNVS VVLTEIVS *r*) hoc quidem concedens, in thesi hereditatem nusquam esse, tamen putat, non ita censendum esse, cum de hereditate aliqua in hypothesi sermo sit. Fingere nempe sibi videtur hereditatem a Caio relictam, vel potius res hereditarias, quae virtute iuris hereditarii in heredem deuoluantur; et nunc ita argumentatur: hereditas, quae per se non adest, nisi in intellectu, existit tamen in rebus hereditariis; hae vero, tamquam res corporales necessario alicubi

q) NOODT l. c. §. IV.

r) in *Commentar. de iurisdic.*

Etione et foro competente.

cubi esse debent; ergo hereditas in ipsis rebus hereditariis alicubi esse, ideoque ibi forum rei sitae fundare debet. Sed contra hoc *VULTIUM* argumentum hoc primum monendum erit, esse petitionem principii, hereditatem semper in rebus hereditariis existere, facillimeque, ut mihi quidem videtur, fieri posse, ut adsit hereditas absque omnibus rebus hereditariis, talis scilicet, quae non nisi ex iuribus consistat. Quod ita absolum minime videatur, ut notioni hereditatis non optime conveniret. Finge defunctum, omnium rerum corporali-um dominio destitutum, heredibus suis nihil praeter credita relinquere. Quid ergo tunc? Forfan hereditatis petitio in loco instituenda, ubi chirographa sunt? Quod si etiam haec, quamvis absola, admitteremus, quid deinde, si tam negligens fuerit creditor defunctus, ut chirographa sibi confici et dari non curaverit, vel si ea amissa sint s)?

§. XIV.

Qui hereditatem cum rebus hereditariis confundit.

Sed fac etiam parumper, hereditatem absque rebus hereditariis cogitari non posse; inde *VULTIO* tamen minime liceret, obiectum hereditatis petioni perperam substituere, indeque forum mutuari. Quod tamen

r) Consule *NOODTIVM* l. c.

men eum fecisse, manifestum est. Nam obiectum hereditatis petitionis est ius hereditarium, ipsa hereditas vniuersa, seu complexus iurium et obligationum. **VVI-**
TEIUS vero, dum locum, vbi res hereditariae sitae sunt, tamquam forum rei sitae hereditatis considerari vult, satis declarat, se res hereditarias, non ius hereditarium et ipsam hereditatem in complexu obiectum hereditatis petitionis haberi velle.

§. XV.

Difficultas insuperabilis fori rei sitae ob res hereditarias in pluribus locis dispersas sitas.

Quodsi vero etiam largiremur, (quod tamen nos facere nemo putet) per situm rerum hereditiarum forum rei sitae in hac actione fundari posse, porro cogitandum est, fieri posse, vt ipsae res hereditariae in multis locis variarum iurisdictionum dispersae sint. Vbinam erit tum hereditatis petitio instituenda, cum forum rei sitae eligere mallems? Certe in hac difficultate ex duobus foris vnum eligendum erit, cum tertium non datur: aut hereditatis petitio diuidenda, et tot actiones instituendae, quot loca sunt, quae rerum hereditiarum singulam partem quamdam continent: aut nullum datur hic forum rei sitae, sed actio nostra in foro domicilii necessario instituenda est. Prius, diuisio scilicet actionis, vtrum admitti possit, nec ne? videamus. Quod quidem

dem mihi incongruum plane videri confiteor, vnum eundemque, qui se heredem dicit, contra vnum eundemque reum, eandem rem et causam, vna eademque actione, in diuersis iudiciis persequi. Saltem iudici in cuius iurisdictione aliqua res hereditaria sita est, minime liceret, de iure hereditario, quod in omnem hereditatem competit, decisionem ferre, quod tamen in hereditatis quaestione decidenda fieri necessario debet. Sed cum vix credam, facile futurum, qui hoc admit- tendum asserat, consequitur, vt in hoc saltem casu for- rum rei sitae ad hereditatis petitionem applicari haud queat.

§. XVI.

Quae difficultas per legem 66. D. ad Scium Trebell. non tollitur.

Sed solent nominare modos aliquos, quibus hac difficultate expediri sperant. Nempe primo loco lau- dant PAVLVM, qui t) ait, oportere ibi fideicommissa- rium conueniri, vbi vel domicilium habet, vel maior pars restitutae hereditatis habetur. Ex quo textu elicere fatagunt, hereditatis petitionem in eo loco esse instituendam, in quo sit maior pars hereditatis. Verum, Iurisconsulto minime sermonem de hereditatis petitione fuisse, extra omnem dubitationem positum est. Traetauit enim in L. 66. §. 4. D. ad Scium Trebell.

quaestionem: si sua sponte heres fiduciarius adit et restituit hereditatem, vbinam hereditarias actiones suscipere teneatur fideicommissarius? an scilicet tribus locis defendi debeat, vbi defunctus, et vbi heres, et vbi ipse domicilium habeat? et respondit, ibi fideicommissarium conueniri oportere, vbi vel domicilium habet vel (posita tali actione, quae etiam in foro rei sitae locum sibi vindicare possit), vbi maior pars hereditatis restituta habetur. Ex quibus luculenter apparet, PAVLVM non hereditatis petitioni, sed actionibus, quae aduersus fideicommissarium de oneribus et debitis hereditariis competunt, exsoluendis, forum, in quo maior pars hereditatis restituta habetur, accommodasse.

§. XVII.

Nec hic forum Continentiae causarum locum habere potest.

Altera quam ad extricandam difficultatem inire solent, via, in *continentia rerum* sita est. Contendunt namque *u*), si res hereditariae per diuersas prouincias dispersae sint, ad eundem iri iudicem superiorem omnium communem, qui causam vna sententia decidat. Enimuero, cum, vti BACHIVS *v*), ius romanum in causis coniunctis maxime iis, quae ex rerum continen-

u) VVLTEIVS in *Expos. leg. vnic. C. vbi de Hered.*

v) in *Diss. de causis coniunctis*, §. 5. 12.

nentia, oriri dicuntur, itionem ad eundem magistratum
 quemdam superiorem ignoret, neque vlla lex, vel ve-
 teris Icti sententia, in hanc rem asseri possit, potiusque
 talis itio ad eundem iudicem toti iudiciorum romano-
 rum compagi, refragetur, atque titulus Pandectarum:
de quibus rebus ad eundem iudicem eatur, de itione ad
eundem iudicem pedaneum, non magistratum, agat; haec
 disputandi ratio ad nos plane non pertinet: qui de habi-
 tu fori rei sitae ad hereditatis petitionem secundum iu-
 ris romani principia agimus.

§. XVIII.

Nec hic nobis aduersatur L. 50. pr. D. de Iudiciis.

Sed nonne habemus testimonium VLP IANI gra-
 vissimum, de hereditate etiam ibi posse agi, vbi heredi-
 tariae res sitae sunt? ait enim x), *si fideicommissum ab ali-*
quo petatur, isque dicat, alibi esse maiorem partem here-
ditatis, non fore ad praestationem compellendum: et ita mul-
tis constitutionibus caueri, vt ibi petatur fideicommissum, vbi
maior pars hereditatis est, nisi probetur eo loco voluisse te-
statores fideicommissum praestari, vbi petitur. Sed et y)
rescriptum esse, vt illic fideicommissum petatur, vbi domici-
lium heres habet. Quoties autem coeperit quis fideicommis-
sum soluere, non posse hac praescriptione uti. Quis vero
 non

x) *L. 50. pr. D. de iudiciis,*

y) *in eadem lege. §. 2.*

non videt, VLPIANO de ipsa praestatione seu traditione fideicommissi, sermonem esse, quam, etiam in hereditatis quaestione in loco hereditariarum rerum sitarum peti posse certum est 2). Igitur ex Icti sententia heres extraordinaria persecutione, quae pro obtinendo fideicommissio competit, in foro domicilii conuentus stare quidem debet; verum non est ibidem ad praestationem adigendus, quin potius poterit fideicommissarium ad eum ablegare locum, in quo maior pars hereditatis deprehenditur *): nisi partem fideicommissi soluendo, vel hanc praescriptionem omitendo, vel solutionem in loco domicilii faciendam promittendo a), sibi praeiudicauerit b).

§. XIX.

Expositio partis primae Legis unice Cod. vbi de hereditate agatur. Et.

Haec fere sunt, quae ex analogia iuris pro nostra sententia promenda esse videbantur. Transeamus nunc ad eam, quam vtraque dissentientium cohors, quaelibet pro sua sententia, laudare solet legem, rescriptum puta

2) L. vi. Cod. vbi de Heredit. agitur.

*) L. vi. C. vbi fideicommissum peti oporteat.

a) L. 51. 52. D. de Iudiciis.

b) HILLIGER ad Donell. L. XVII. c. XV. lit. C. BRUNNE-MANNVS ad Leg. 50. D. de Iudiciis. COCCENI in Iure Controverso. L. V. tit. 1. qu. 21.

puta VALERIANI et GALLIENI Impp. quod in Codice Iustineano sub fronte: *Vbi de hereditate agatur, vel vbi heredes scripti in possessionem mitti postulari debeant, conspicitur ad MESSALAM c*), directum, hunc in modum:

Illic vbi res hereditarias esse proponis, heredes scripti in possessionem rerum hereditariarum mitti postulandum est. Vbi autem domicilium habet, qui conuenitur, vel si ibi, vbi res hereditariae sitae sunt, degit, hereditatis erit controuersia terminanda.

Duas esse huius constitutionis partes, quarum altera ad iudicium hereditatis possessorium, ad petitorium altera pertineat: ac vtrique remedio suum assignari forum, verba tituli et ipsius legis clara lectorem docent. In priori parte legislator ob oculos habuit heredem scriptum, cui hereditatis controuersia fit, quique postulat se mitti in possessionem rerum hereditariarum *ex Edicto Diui Hadriani*, (vel, hodie *ex Edicto Iustiniani*), sanxitque ibi eam esse postulandam, vbi res hereditariae sunt, salua interim hereditatis petitione. Quae eadem etiam valent, si de possessione ex interdicto, *uti possidetis*, agatur, tunc enim itidem eius praefidis notio est, qui eam prouinciam regit, in qua sunt res hereditariae *d*).

§. XX.

c) Vel potius MESSIAM Vid. *d*) IDEM, in *Paratitl. in Cod. CVIAC. obseruat. L. V. c. XIX. h. t. PEREZ* ad eandem legem.

§. XX.

De sensu partis secundae opinio Zangeri reprobatur.

In secunda legis parte declaratur, ipsius hereditatis controuersiam seu petitionem in loco, ubi domicilium habet reus, vel etiam tunc in loco rerum hereditariarum sitarum, cum reus ibidem degat, terminandam esse. De foro quidem domicilii res clara est, nec verbis opus. Quid vero sibi velit dispositio, ut, si degat reus in loco rerum sitarum, etiam ibi hereditatis petitio institui possit, inter Ictos lis est. Vbi vereor, ut facile cuiquam placuerit interpretatio ZANGERI e), opinantis, vocem si, pro quamuis, seu siue etiam sumendam esse. Supponit nempe ZANGERVS regulam iuris certissimam, actiones reales in foro rei sitae institui posse, adeoque dubium remouere studet ex hac lege sibi obuium, qua quippe dicitur, hereditatis petitionem, actionem realem, in foro rei sitae aliter institui non posse, quam si reus ibi praesens sit. Cuius dubii remotionem dicto modo optime fieri posse putat, cum, ut ipsi videtur, si talem interpretationem non adhibeamus, sensus ex hac lege erueretur, *legi 3. Cod. ubi in rem actio* plane contrarius, ideoque correctio iuris. Enimvero, quamuis negare non ausim, esse talem eius voculae interpretationem omnino

e) *De Exceptionib. P. II. c. 1. nr. 289.*

nino aliquando admittendam; tamen nemo, ut opinor, facile sibi persuaserit, esse hunc naturalem propriumque eius significatum: qui potius, ut constat inter omnes, ad conditiones pertinet, a quo in lege nostra eo minus recedendum, quo certius est, nullam interpretationis tam contortae, qualis ZANGERI est, apparere necessitatem. Deinde argumentum huius interpretationis, quod potissimum in eo ponit ZANGERVS, quod alias haec lex immutationem iuris contineret, ideo frigidum ridiculumque est, quod eo ipso lex corrigens, lege correctâ multo antiquior foret: quodque plures eiusmodi correctiones in iuris romani collectione occurrunt. Quibus accedit, quod adhibita illa interpretatione, sensus legis eo rediret, ut hereditatis petitio instituenda sit in foro domicilii, vel rei sitae, *quamvis* reus ibi degat. Quodnam autem, quaeso, dubium esse poterit, si actio in foro rei sitae locum habeat, quin id etiam tunc fieri possit, cum ipse reus ibi degat.

§. XXI.

Et aliorum.

Non placet in eorum partem abire, qui statuunt, verba: *si ibi degit*, non alia ex causa adiecta esse, quam quod facilius esset conuentio, si reus in loco rei sitae commoretur, ideoque haec verba non necessitatem sed con-

conuenientiam tantummodo indicare. Nam rectissime hic BRUNNEMANNVS f) monet, verba, quae hic adhibita sunt, conditionalia hunc sensum plane non admittere.

§. XXII.

Quis sit illius legis sensus.

Sumamus ergo legem, vt ipse verborum sensus naturalis suadet. Et tunc ea de foro in hereditatis petitione eligendo ita disponit: hereditatis controuersia in eo foro, vbi reus domicilium habet, vel si simul in eo loco, vbi res hereditariae sitae sunt, domicilium habet, ibidem, quippe in foro domicilii, terminanda est. Et ita DONELLVS g), petitio hereditatis, inquit, exercetur tantum in loco domicilii, nec loco rerum, nisi sub conditione, si ibi degat, i. e. domicilium habeat. Degere vero in aliquo loco, esse, *ibi domicilium habere, morari, habitare, viuere*, dubio subiectum non videtur h). Ideo forum rei sitae hic non nisi conditionaliter admittitur atque sub ea limitatione, vt reus ibidem etiam domicilium habeat. Quod quidem cum reuera ipsum forum
domi-

f) ad Leg. cit.

L. 15. C. de Test. milit. l. 2. Cod. vbi senatores. L. 35. D. ex quibus caus. maiores.

g) Lib. XVII. Commentar. c. XVII. lit. M.

h) L. 2. C. vbi in rem actio,

domicilii demonstret, facile perspicitur, locum rei sitae hic non *principaliter* sed *incidenter* tantum, et *per accidens* occurrere, eo respectu scilicet, quod locus rei sitae etiam sit locus domicilii. Concordat nobiscum ipse GODOFREDVS in annotatis ad nostram legem, vbi, petitorium, inquit, hereditatis proponitur in domicilio conuenti. Quae cum ita sint, freti expressa legis dispositione statuimus, hereditatis petitionem in foro rei sitae minime esse admittendam, ideoque vnice in foro domicilii instituendam.

§. XXIV.

Refellitur dubium.

Contra hanc interpretationem primo illud moneri solet, ea vnum tantum locum, vbi haec actio institui possit, statui, cum tamen lex ob voculam *vel*, quae semper alternationem, aut saltem discrimen aliquod indicare soleat, duo loca discernat. Ita ergo esse interpretationem faciendam, vt duo loca separentur. Quod quidem dubium licet primo intuitu non videtur leue; non tanti tamen momenti est, vt re paulo accuratius perspecta, nostrae interpretationi impedimento esse possit. Imperator quidem duo loca seiungere et discernere videtur: eo vero ipso, cum praeter rei domicilium adhuc aliud forum hic competere affirmat, huic asserto condi-

conditionem quamdam adiungit, qua non existente ipsum assertum cadere vult: caeterum non cogitans hac ipsa limitatione adiecta se idem forum repetere, quod iam adduxerat. Aut dicamus, eo ipso, quod res hereditariae alicubi sitae sint, existere forum rei sitae, nec desinere eo, quod reus etiam ibi domicilium habeat; cum nihil impediat, quo minus idem locus forum rei sitae et domicilii simul esse possit, si nempe reus ibi habitat, ubi res, de qua contenditur inuenitur. Quibus ipsis vero hoc tantum dictum esse volo, ei, quam riteor, interpretationi, particulam disiunctiuam in lege obuiam haud aduerfari. Concedendum enim est, posse hereditatis petitionem ex lege nostra etiam in foro rei sitae institui, non vero quatali, sed sub ea limitatione, ut forum rei sitae simul sit locus domicilii possessoris: quod evenire posse extra dubitationem est. Quae limitatio vero semper seruari debet, cum expressis legis verbis praescripta sit.

§. XXIII.

Respondetur ad Vultei oppositionem.

Sed, quid opus erat, inquit VULTEIVS, hoc postea repetere idemque et quidem obscurius dicere, quod ante dictum erat satis clare? Accusat ergo abundantiam Legislatoris, qui cum antea iam dixerit, hereditatis petitionem recte institui in loco domicilii; nunc adhi-

adhibitis verborum ambagibus idem, quod in foro domicili instituta sit, repetierit. Sed, primum illud monendum est, in Lege scripta non quaerendum esse, cur Legislator tam abundantibus verbis usus fuerit; sed sufficere, legem ita scriptam esse, nec solam verborum caeterum clarorum abundantiam, facere potestatem, neglecta legis commoda interpretatione, incongruam substituendi. Ipsius principis est, quem verborum legis suae modum esse velit.

§. XXV.

Vindicantur verba legis ab ambiguitate.

Quodsi ergo perpendamus, imperatoribus animum fuisse, forum in quo in bona hereditaria immissio postulari, et in quo hereditatis controuersia agitari queat, definiendi, atque quaestionem: vtrum etiam in hereditatis petitione forum rei sitae locum habeat? decidendi; verba, quibus vsi sunt Legislatores nihil ambiguitatis habent, ita quippe intelligenda: immissionem in rerum hereditariarum possessionem quidem a iudice rei sitae decerni posse, quaestionem de hereditate autem ab eo terminari non aliter posse, quam si possessor ibi simul habeat domicilium, cum hereditatis petitio in solo domicili foro agitanda sit.

Praeterea et hic repetere possumus, quae supra §. XXII. monuimus, Legislatorem forsitan non cogitasse, se

se vnum idemque vna serie bis, diuersis tantum verbis, praescripisse. Quodsi vero etiam in specialem huius rei rationem inquirere vellemus, id mens legislatoris esse potuit, vt repetito eodem themate, eo clarius elucescat, se forum rei sitae per se tale, plane exclusum hic esse velle. Nimirum definiuit, hereditatis petitionem in foro domicilii proponendam esse, et quidem cum exclusione cuiuscunque alius fori. Nunc vero in mentem ei ea regula venit, actionem realem in foro rei sitae etiam proponi posse. Ideoque ergo, vt dubio inde forsitan orituro, quod hereditatis petitio sit actio realis, eo breuius obueniatur, hac ipsa lege simul decidit, forum rei sitae alias hic locum habere non debere, nisi simul sit forum domicilii.

§. XXVI.

Probatio sententiae analogica ex Lege 29. D. de inoff. test.

Et hunc ipsum legis nostrae sensum esse, nec alium admitti posse, praeter ea quae iam in antecedentibus ex natura rei deduximus, momenta adhuc analogica docere possunt. Quo primum refero, *argumentum Legis 29. in fin. D. de inoffic. testam.*, vbi VLPPIANVS ait: *in ea prouincia de inofficioso testamento agi oportet, in qua scripti heredes domicilium habent.* Ex quibus dilucide apparet, querelam inofficiosi testamenti non nisi in foro domicilii

micilii institui posse. Ast vero ex nomine de inofficioso testamento constitui hereditatis petitionem, manifesta iuris auctoritate declaratum est *i*). Quae cum ita sint, eo minus a particulari ad vniuersale concluditur, dum hic a querela inofficiosi testamenti ad hereditatis petitionem ducitur argumentum; quo certius est, in vtraque actione eandem esse rationem, ob quam in solo domicilii foro ipsi locus detur. Neque intelligitur, quam ratione adducti esse possent leges Romani ad hanc de querela inofficiosi dispositionem, quae ad hereditatis petitionem non applicari possit.

§. XXVII.

Similis argumentatio.

Quodsi porro ad ipsius rei sitae naturam atque indolem attendamus, facile perspectum habebimus, hoc forum fundatum esse, etsi reus eo loci actu praesens non sit *k*). Iam vero me iuste concludere posse puto, actionem, cui tribuitur effectus principis iuris de foro rei sitae contrarius, ad eas actiones, quae in hoc foro instituendae sunt, vel potius institui possunt, pertinere non posse. Consequitur ergo, ut quoniam lex nostra ad instituendam hereditatis petitionem in eo loco, ubi res heredita-

i) L. 34. Cod. de inoff. testam. *k*) Vid. supra §. VII.

reditariae sunt, requirit, vt reus *ibi degat*; de foro rei sitae sermo esse non possit.

§. XXVIII.

Respondetur iis, qui in lege nostra solam praesentiam conueni in loco rei sitae requiri putant.

Obiiciunt quidem CVIACIVS l) PEREZ m) VVLTEIYS n) aliique, hoc in competentia fori rei sitae ponendum semper esse, vt reus corpore suo praesens sit: cum teste CAIO o) iniquissimum foret, eum ex loco domicilii extrahi ad locum, in quo res sita est, quod non sine magno detrimento magnaue interdum captione quis a rebus suis auocetur; hinc in lege nostra ad instituendam in loco, vbi res hereditariae sunt, hereditatis petitionem requiri, vt reus ibidem degat: quo ipso non *commorationem* rei, seu *habitationem*, sed *solam praesentiam* significari, ideoque non tam *domicilii*, quam *rei sitae forum* innui. Verum enimvero haec tanti ponderis haud sunt, vt contrariam sententiam vincere queant. Primo namque frustra contenditur, ad competentiam actionis in foro rei sitae praesentiam rei necessariam esse. CAIVS certe singularem tractat speciem, quando nem-

l) In Paratitl. in Cod. L. III.

m) l. c.

n) l. c.

o) in L. 7. D. quemadmod. te-

stam. aper.

pe, imminente testamenti apertura, quis ex signatoribus abest; atque conueniri putat aequitati, vt mittantur testamenti tabulae, vbi ipse fit, ad sigillum suum inspiciendum. Quo tamen nil minus asseritur, quam necessitas praesentiae in loco rei sitae conuerti. Alia omnia docet CONSTANTINI sanctio *p*), qua ille, qui alterius nomine possidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem actionem sustinet, debet statim in iudicio dominum nominare, vt siue in eadem ciuitate degat, siue in agro siue in alia prouincia sit, *vel ipse in loca, in quibus praedium situm est, perveniens, vel procuratorem mittens actionis intentionem excipiat*. Neque etiam vlla ratio idonea suppetit, ob quam vel hereditatis petitio vel alia in rem actio sine praesentia possessoris in foro competente intentari non liceat, prouti supra *q*), iam iam monitum est. Quibus accedit quod in ea Constitutione, quae regulam de foro actionis realis tradit *r*), nulla fit adiectio praesentiae rei; sed generaliter iubetur, vt actor rei forum, siue in rem siue in personam sit actio, sequatur: sed et in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutae sunt, in rem actio aduersus possidentem moueatur.

§. XXIX.

p) in L. 2. C. vbi in rem actio.*q*) §. VII.*r*) L. 3. C. eod. tit.

§. XXIX.

Peculiariter declaratur secunda pars Leg. vn. C. ubi de hered.

Vocem *degere* in aliquo loco, esse, *habitare* ibidem, *domicilium habere*, iam obseruatum est s). Vt vero constet, hanc eandem eius significationem in nostra etiam lege ponendam esse, paulo peculiariter euinci oportet. Quod fieri haud difficulter potest. Nam ibidem illud forum, in quo immissio postulatur, ei foro, ubi de hereditate agendum est, opponitur: atqui in priori casu foro rei sitae locus datur; ergo in posteriori sub loco, ubi res hereditariae sunt, idem forum intelligi nequit: quod tamen fieret, si vox *degere* solam praesentiam possessoris notaret. Ergo *degere* ibidem nihil aliud est, quam *habitare*. Vt vero legislatoria loquendi ratio a pleonasmii nota vindicaretur, sciendum est, fori et iudicii exercitium apud romanos ita fuisse informatum, ut possessio bonorum non aliter subiectionem possessoris iudicalem effecerit, quam si ille eiusdem prouinciae fuerit t). Ergo, cum in ipso rei sitae foro, nisi reo in eadem prouincia constituto, agi non potuerit u), multo minus hereditatis petitio, intuitu cuius, prout in antecedentibus iam probatum dedi v), ne datur quidem rei sitae forum, ibi

r) §. XXII.

t) SCHILTER de Landfessis. 2. C. de Interdictis.

s. I. et VI.

u) L. 1. C. ubi in rem actio. I.

2. C. de Interdictis.

v) §. XII.

ibi locum habet, vbi res hereditariae sunt, licet possessor praesens sit; nisi in eadem prouincia domicilium habeat. Atque ita in nostra lege, puto, omnia sunt plana, hoc scilicet sanciente: vt hereditaria controuersia tantum in foro domicilii terminari queat, siue res hereditariae *ibidem* siue *alibi* constitutae sint.

§. XXX.

De vsu hodierno.

Nihil reliquum videtur, quam vt, quae in hac Doctorum disceptatione praxis seruet, paucissimis verbis adiiciamus: non vt inde decidatur, quid in hac quaestione iuris romani sit, quod vsus fori numquam decidere poterit; sed vt appareat, quae sententia sit vsu recepta, et quam quis in casu obuio sequi possit ac debeat. Et hic omnino fatemur, a praxi et vsu fori sententiam nostram derelinqui, vtpote per quam certum est, peritio- nem hereditatis non solum in foro domicilii sed et in foro rei sitae admitti. Hoc ipsum testatur LEYSERVS in *specimine XCIV. med. 1.* vbi responsum Iuriconsultorum Helmstadiensium hac de re adiungit, quod ideo contra nostram sententiam conceptum esse dicit, quod praxi conueniat. Et hoc etiam testatur VLTREIVS *ad Leg. vn. Cod. vbi de hered.*, vbi adductis duobus huius actionis foris, ita loquitur: *Atque hoc ita ex hoc loco interpre-*
tes

tes affirmarunt communiter, usque receptum est. Cuius
 eiusdem praxeos etiam testes sunt BERGER in *Respon-*
sorum P. I. resp. 202. quaest. 5. et MARTINI in *Anale-*
ctis ad Processum Tit. II. §. 2. n. 222. Electio igitur per
 hanc obseruantiam auctori conceditur, vtrum in foro do-
 micilii, an in foro rei sitae hereditatis petitione agere ve-
 lit. Quae electiua, cum sit auctori concessa, optimum
 videtur consilium a BERGERO in *Oeconomia iuris L. II.*
T. IV. pag. 508. LIV. not. 12. in fauorem auctoris pro-
 positum: satius omnino esse et melius, hanc actionem
 in foro rei sitae institui, ad facilitatem executioni concili-
 andam.



Thefes.

Theſes.

IIIIV

I.

Uſuræ particulariter ſolutæ ultra alterum tantum currere poſſunt.

II.

Hypothecæ tacitæ, qua pupilli in bonis tutoris gaudent, prærogatiua non eſt.

III.

Uſuraria prauitas non ſolo pacto, ſed acceptatione demum, contrahitur.

IV.

Per conſenſum creditoris in ulteriorem oppignorationem, non dimitti ius pignoris, probabilius.

V.

Filius familias, ſui iuris homo factus partem debiti ex mutuo pecuniæ contracti ſoluendo, Sæcio Macedoniano renunciat omnino.

VI.

Neque ea ratio, ob quam a ſocio culpa, quæ leuis in concreto dici ſolet, præſtanda eſt, ex Lege 72. D. Pro Socio et ſ. 9. Inſt. de ſocietate deſumia, neque ea, quod ſocio ſemper integrum ſit, e ſocietate diſcedere, apta eſt.

VII.

Beneficium excussionis possessori hypothecae specialis aequè competit ac generalis.

VIII.

Testamentum nuncupativum mysticum non valet.

IX.

Ad stuprum violentum non requiritur ut persona stuprata sit persona honesta.

X.

Poena furti simplicis sed magni ex iure Carolino non simpliciter capitalis est, sed arbitraria.

VI.



Göttingen, Diss., 1775-76

ULB Halle
005 301 432

3



5b.



Centimètres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

19
18
17
16
15
14
13
12
11
10
9
8
7
6
5
4
3
2
1

Fri. 62: no. 40.
1776, 46
14

VBI
DE HEREDITATE AGATVR
DISQVISITIO

QVAM
IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA
PRAESIDE
VIRO MAGNIFICO ET ILLVSTRI
CHRISTIANO FRIEDER. GEORGIO
MEISTERO

AVLAE REGIAE CONSILIARIO ET IVRIS ANTECESSORE
NVNC
ACADEMIAE PRORECTORE

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR
PETRVS CHRISTIANVS DODT

STADA - BREMENSIS.

D. XXI. SEPTEMBRIS MDCCLXXXVI.

GOETTINGAE
LITTERIS FRIDERICI ANDREAE ROSENVSCH.

